

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

§2

[urn:nbn:de:bsz:31-108631](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108631)

» conscientiam sua fidei com-
mittere. Ad quod obiectum
sibi sic respondet S. Doctor:
» quisquis ita dicit, et sapit, et
» res et deiperis; debes ergo
» ei obedire non ut homini, sed
» ut Deo iubenti; cuius vices ge-
» nit; Unde Lucae 10 Christus
» dixit, qui vos audit, me audit.

Hactenus D. Antonini

S. 2. d. 5

Honesta occupatio

Secundum remedium est, ut
homo scrupulosus nunquam
vacet otio, sed semper in
negotio occupatus detineatur.
Hic vel maxime illud D. Hie-
ronymi ad Rusticum Monachum
Epist. 4. adaptatur: Facito ali-
quid operis, ut Diabolus te oc-
cupatum semper inveniat. Itaque
scrupulum, quamprimum se menti
insinuat instar impura sugges-
tionis converfis ad alia obiecta
cogitationibus, aut continuan-
do id, quod coeptum erat, repel-
lere oportet; nam ut ipsimet ex-
periuntur scrupulosi, quanto diu-
tius animo voluitur scrupulus,
tanto fortius ei imprimitur, ac

difficilius inde depellitur. Quā-
obrem expedit serupulosum /: ita
concludit Luyman hic c. 6. / ne-
gotiis insistere, ne serupulis vac-
candi tempus suppetat.

§. 3^{tius}
Crebra ad Deum ac Sanctos
oratio

Tertium remedium est, ut seru-
pulosus Dei ac SS. imploret
auxilium. Cum nesciamus, ait
Josaphat Rex ad Deum 3. Reg. 3.
quid agere debeamus: hoc solū
residui habemus, ut oculos nostros
dirigamus ad te; Hoc remedium
vocat Caietanus divinum, et me-
rito; quia B. Jacobus in sua
Epist. c. 1. expresse dicit: Si
quis vestrum indiget sapientia,
postulet à Deo, et dabitur illi.
Vnde et Sapiens de se ipso testa-
tur Sap. 7. Invocavi et venit
in me Spiritus Sapientia. Qua-
rite, inquit ipsamet incarnata
sapientia, et invenietis, pulsate,
et aperietur vobis; ergo /: ita
concludit Contenson hic cap. 2.
qui non invenit, qui non accipit,
cui non aperitur, hoc ipso non
petisse, non quaesisse, non pul-
sasse, convincitur; vel, saltem